

coetu quae sequuntur dubiis, responderi mandarunt ut infra ad singula:

I - DE PRAECEDENTIA METROPOLITARUM

D. An ex Codice (cann. 106 n. 3, 272, 280, 285, 347) Archiepiscopus Metropolita, qua talis, extra suam provinciam praecedat Archiepiscopo non Metropolitae, seu Episcopis suffraganeis carenti.

R. Negative.

II - DE ARCHIVO SECRETO

D. Utrum verba canonis 379 § 1: *retento facti brevi sumario cum textu sententiae definitivae, referenda sint tantum ad causas, quae a decennio sententia condemnatoria absolutae sunt, an etiam ad causas, quarum rei vita cesserint.*

R. Affirmative ad primam partem, negative ad secundam.

Datum Romae, e Civitate Vaticana, die 5 mensis Augusti, anno 1941.—M. Card. MASSIMI, Praeses. I. Bruno, Secr.

Adn. Ph. AGUIRRE in PrM 31 (1942) 191-193; REGATILLO n. 31, 156; P. TOCANEL in Apoll. 15 (1942) 262-289; N&T 67 (1940-45) 959.